

Donatio comitis Sleslai villarum Slawsko, Tre:  
baczewo et Gaiewicze, ecclesie Wladislaviensi.

50

Noveritis universi ad quos presens scriptum per:  
venerit, quod ego comes Sleslaus, frater comitis  
Boguslai castellani de Juveni Wladislavia, cum  
uxore mea Vaicecha nomine, publice iterato prote:  
status sum, me Slawsko, Trebaczewo et Gaiewicze  
villas cum attinentiis domino W. episcopo Wladi:  
slaviensi et eius ecclesie liberaliter contulisse, et ab  
eodem predictas hereditates me recepisse in feudum  
quoad visero possidendas, una cum supradicta uxo:  
re mea, et proles, si quam habuerit, de immobilibus  
bonis meis nihil percipere debeant, omnia bona mea  
mobilia memorata uxori mee, ad petitionem pre:  
dicti episcopi dedi et assignavi, ut post vitam me:  
am omnia residua in mobilibus eius deputare  
valeat utilitati. In cuius facti testimonium pre:  
sens scriptum mei sigilli duci munimine robo:  
randum. Actum et datum anno Domini mille:  
simo ducentesimo quinquagesimo octavo, in crasti:  
no Apostolorum Petri et Pauli. Presentibus, prefa:  
to domino episcopo, Sandislao custode, Andrea et  
Joanne canonicis Wladislaviensibus, Johanne propo:  
sito, Lyphardo archidiacono, et Sandiwoio canonicis  
Criswiciensibus, et aliis quam pluribus fide dignis.

